

Regnum Mortuorum.

Sermo politicus

De Austria — in situatione praesente.

Elysium — Meum. — Die 11. Octobris 1808.

Thema:

Bella gerant alii: tu felix Austria! — nube.

Hoc erat hactenus politicum Austriae symbolum. Nihil nempe vi, aut bello Austria occupavit, verum omnes provincias per haereditatem legitimam acquisivit. Multa quidem jura haereditaria, haereditatesque ipsas amisit, sed utquid infandum renovare dolorem?

In praesente nihilominus etiam rerum situatione veritas praeallati symboli, paucis mutatis, permanet, ita, ut modo dici possit: *Bella gerant alii: tu felix Austria cerno!*

Et cernit profecto; et ne praeveniatur, curat; armare se pergit, non quidem ut offensive, sed ut defensive, si impeteretur, agat, huncque in finem copias, quae patriam defendant, ad exemplum aliorum erexit, quod vel ipsa docet cantio popularis, in pagellis Eipeldauerensibus contenta, hujusce sensus:

„Ad arma fratres! patriae id poscit securitas, provocat et ipse Rex,

Virorumque illustrium stirpis Habsburgicae exemplum trahit; Pericla quidem nusquam instant, nec ulla nos cogit lex,

At amor nos armat Patriae, simulque monere pergit:
Estote prudentes, sicut serpentes, cautique vigiliate laribus,

Ne forte rumpat duraturum insolentia hostilis foedus in annos, et menses.

Bellum parantes, pacem colite, viribusque nonnisi lacessiti hostilibus

Pro aris, et focus, proque Augustissimo, vestros stringite enses!”

Galliam, et Russiam, viribus sequitur Austria, estque praeter has, unica in Continente respectabilis potentia. Tranquillitas, aut neutralitas inter duos hos magnos cubat Imperantes, sempiternumque existeret bellum, si se mediate, aut immediate contingerent, sique Austria non imponeret. Idem plane esset Europae status, qui fuit post pacificationem Vestphalicam. Duae tunc tantum existerant in Con-

tinente momentosas potentiae, Gallia nempe, et Austria, sed continua quoque tunc fervebant bella: Quodsi tertia quaequam praesto fuisset valida potentia, praepotio suo mox bello finem imponere potuisset.

Multas quidem nunc Austria amisit provincias, at conatur per organisationem internam damnum hoc compensare. eoque pertinent copiae reservales, et defendendae Patriae causa erectae; exercitus ejus diminutus non est, imo ad exemplum aliarum potentiarum adauctus. Galliae, et Russiae, spectata situatione politica, in eo situm esse debet, ut Austria, qua Potentia tertia mediatrix conservetur. Austria, si ita loqui velimus, pons est, per quem Constantinopolim via pateret. Ad pontem hunc sollicite excubare necesse est, interestque, ut Turcia sustineatur; seu enim Russia, seu Gallia pontem hunc perumperet, aequilibrium necessario turbaretur. — Erga nullam dictarum Potentiarum se Austria hostilem exhibet; amica utriusque Potentiae ibi mediatrix aderit, ubi Turciae periculum immineret. Is est nunc Europae status politicus, ut Austria respectu Turciae sit antemurale, in reliqua Continentis parte vero, quae Galliam inter, et Russiam media est, nullum habet influxum, quare bello novissimo neutralis manserat. Neque in bellum maritimum Austria, cum portibus sufficientibus, et Re navali destituatur, influere potest. Unde suapte liquet, cur tam in ultimo bello, quam occasione Congressus Erfordiensis neutralis constiterit. Bella ergo gerant alii, tu felix Austria — cerne!

De congressu Erfordiensis nihil hucadusque in publico compertum est, licet jam finitus sit, uti data sequentia de 7. Octobris Erfordia, et Vinaria perhibent:

Die 6. Octobris Imperator Napoleon, et Imperator Russorum Alexander, Ettersburgo, ubi venationis gratia morabantur, redierunt, adque portas Civitatis per Magistratum, ac legionem Venatorum excepti sunt, vesperi vero tota civitas illuminata fuit. Sequenti die mane, ambo Imperatores ad locum pugnae cruentae Jenensis diverterant, deinque rursus Erfordiam redierant. — Imperator Napoleon die 12. Octobris discessurus, et per Francofurtum, in Galliam rediturus dicitur.

His, qui Erfordiam advenerant, adhuc adnumerandi sunt: Princeps Victor de Hessen-Rothenburg; Princeps Hohenzollern; Princeps de Philippsthal; Mareschallus Mortier; Dux de Treviso; Baro Montgelas, Minister; Baro Leykam; Comes Reufs; Comes de Vartenberg, Adjutantes Regis Bavariae; Comes Arowsky ex Russia; Generalis Divisionalis Pennet; Generalis Laurent etc.

Ephemerides Gallicae de 8. Octobris sub articulo Londinensi de 18. Septembris referunt: Anglos in Lusitania vix

300 In
adhuc
victual
egressu

M
Dux d
in cuj
gmine
gusti s
pias g
spanis

E

canaru

Gener

4 imp

sub G

sub G

Fraz

deniqu

univer

in his

ditio A

ad Hi

atque

sim G

esse,

muty

erigen

bellor

aliis E

viribu

influx

dere y

A

et Con

Conve

nistro

(quen

In ha

putan

tum i

Alexa

tioner

Regio

perat

ctobr

300 Insurgentes colligere potuisse, copias autem gallicas adhuc e 14,000 militum constitisse, penuriam nihilominus victualium, Generalem Junot ad ineundam conventionem, egressumque e Lusitania permovisse.

Diarium Politicum.

Monitor sub 7. Octobris Conventionem exhibet, quam Dux de Abrantes (*Junot*) cum Generale *Vellesley* inivit, in cujus dein consequentiam, Lusitania excedendo cum agmine suo ad Galliam delatus est. Conventio haec die 30. Augusti subsignata fuit. Sicut nempè erat Anglis in eo, ut copias gallicas e Lusitania removendo, se quo ocyus cum Hispanis conjungerent, nullumque a tergo hostem haberent.

Ephemerides Hamburgensis numerum copiarum anglicanarum in Lusitania, et Hispania, hac ratione recensent: Generalis Campi Marschalli Locumtenens *Dalrymple* 4 imperat Divisionibus, et cohorti reservali. Divisio prima sub Generale *John Hope* e 5,558 militibus constat; altera sub Generale *Lord Paget*, e 5,500; tertia sub Generale *Frazer* e 5440; quarta sub Generale *Vellesley* e 5,330; denique cohors reservalis sub Generale *John Moore* e 7418; universim ergo 29,246 milites, non numeratis Pyrobolariis in his provinciis consistunt. — Altera etiam paratur expeditio Anglicana sub Generale Locumtenente *David Baird* ad Hispaniam profectura. quae in *Cork* navibus imponetur, atque 8000 Equitum, et 15,000 reditum constituit. Universim 60,000 copiarum anglicanarum ad Hispaniam destinatae esse, dicuntur. — Supremus Vigiliarum Praefectus *Achmuty* facultatem obtinuit Legionem pro parte Hispaniae erigendi. — Nunquam Angli tantas copias occasione priorum bellorum ad Continentem expederunt; malebant copias ab aliis Potentiis emere. Quare apparet, Anglos nunc omnibus viribus ultimam hanc Continentis partem, in quam adhuc influxum habent, Lusitaniam nempè, et Hispaniam, defendere velle.

Berolino die 1. Octobris. — His diebus Minister *B. Goltz*, et Consiliarius *Stegmann* hac Erfordiam transiverunt. Hi Conventionem Parisiis mediante Principe Vilhelmo, et Ministro Gallico *Champagny* initam, nunc a Rege ratificatam (quemadmodum in publicum transpiravit) adferre dicuntur. In hac Conventone modificationes nonnullae intervenisse putantur, quamobrem Obligatoriales borussicae 10. a Centum in valore amiserunt. Asseveratur interea Imperatorem Alexandrum mediatorem Aulae Borussicae ad ejus requisitionem esse velle. — Fertur porro, quod Minister *Stein* Regionem non discesserit, et hucadusque ibi existat.

Erfordia die 8. Octobris. — Imperator Napoleon, Imperator Alexander, Princeps Primas, aliique, qui die 6. Octobris Vinariam venationis gratia excurrerant, die sequente

rursus Erfordiam redierunt. Imperatores ambo Napoleon cum Alexandro simul in uno carpento sederant. Magna pars incolarum, redeuntibus obviam processit, ab iisque benignissimè salutata fuit? Ad excipiendas Suas Majestates complures Fusariorum centuriae, Pyrobolarii praeterea, et Divisio Cataphractorum, nec non legio 17. Venatorum ante urbem constiterant, acclamantes: *Vivant Imperatores!* — Principissa Badensis, et Regina Vestphaliae Erfordiam advenērunt. Dux Beneventanus autem die 10. Octobris Parisios est discessurus. — Imperator Napoleon nimis mature surgere, illocoque se labori accingere, tardius dein Regibus, Ducibus, et Deputationibus accessum indulgere, finito vero jentaculo rursus labores continuare solet. Postea equo insidens cum Imperatore Alexandro aut obequitat, aut evolutionibus militaribus interest, idque usque horam 6 tempus videlicet prandii, quo sumpto ad Theatrum ire solent. — Die 12. Octobris Imperator Napoleon in omnia discedere statuit.

Parisiis die 7. Octobris. — Monitor sub articulo Erfordiensis de 11. Octobris annunciat; Ablegatum Imperatoris Austriae B. Vincent advenisse Erfordiam.

Lapudo sub 2. Octobris haec scribuntur: nullae nunc ab exercitu innotuerunt relationes; probabilius ultimum praelium infelici cum successu commissum Insurgentibus ab ulterioribus deterrebit expeditionibus. Generalis *Blockà* 26. Augusti quidem numerosas obtinuit suppetias, eo tamen non obstante *Bilbao* relinquere festinavit; Marschallus *Ney* enim per *Durango* veniendo, versus *Bilbao* processit, ut Hispanos ex parte anteriore adgrederetur, Generalis *Mouton* autem per *Balmasedam* a tergo adpropinquabat, et nisi Hispani tam celeriter se retraxissent, profecto totaliter perditii fuissent.

Varsovia die 26. Septembris. — Comes Vladimirus *Potocki*, Adjutus Ministri bellici, propriis impensis centuriam Pyroboliorum equitum, e meris Polonis constantem erigit. — His diebus 173 Officiales Polonici Varsovia in Hispaniam discessuri sunt, qui jam Decretis provisi habentur. — Minister in Justitiis relationem praestitit: quod a tempore inducti Codicis Napoleonis 2328 Processus absoluti sint. Minister bellicus die 21. Septembris occasione solennitatis, qua sibi vigiliae capitales succedere solent, notum reddidit: Imperatorem Napoleonem 12,900 scloporum majoris generis, 1300 minoris speciei, 300 parva sclopetorum, et 570 gladios copiis Polonicis dono dedisse. — Generalis Polonicus *Voyezynski* in Commendantem Thorunensem effective nominatus est. Legio 15. Peditum Thoruno excessit, Vratislaviamque transivit. Res Saxoniae circa finem Octobris expectatur Varsoviae.

Hic

Cli
Me
vestibul
tendeba
Cli
Amice,
Me
oriental
Cli
quaeso
M
modo?
eapropt
ponere
ad post
Cli
M
omnia,
debet.
Cli
tentem
M
sedit i
admod
Jovis r
nae, c
spicere
repono
comm
atra n